


bi velit MORS descripta tamquam *ανάλυσις* Phil. I 23. 2. Tim. 4. 6. per quam fit ut animae et corporis unio quidem naturalis soluatur, neutra tamen in nihilum reducatur; Si aequa animi lance aestimamus quid sibi velit MORS appellata *ἀπόθεσις τὸ συντηρώματος* 2. Pet. I. 14. 2. Cor. 5. 12. *ἐπιγένεις ἡμῶν ὀντός τὸ σύνοντος κατάλυσις* 2. Cor. 5. 12. *Somnus*, 1. Cor. 15. 43. Es. 26. 20. 21. Dan. 12. 2. Joh. 5. 28. Seminatio Joh. 12. 24. est sane, quod piis de morte sua gratulemur, eam celebremus, immo templo digna videri ea potest. Vel potius supremo vitae mortisque Arbitro in templo spiritus sancti, in animo, et etiam in templis *χειροποιητοῖς* gratias agamus, quando MORTIS beneficio mileriarum finem largitur. Haud fas est, hac de re pluribus verbis ad Virum tanta doctrina, tanta sapientia, tanta auctoritate eminentem uti. Magnum ergo de tabula!

Neque vero possum, quin vitae curriculum ERNESTI AVGUSTI ROCKENFVSSII ad omnia virtutis exempla geniti, et perpetuo suspiciendi, ab eo ipso latinis verbis consignatum, heic subiiciam. Suas eram ei in collegio stili latini cultioris, quod diligentissime frequentauit, ut stylum etiam in vitae suae ipsius recensione exerceret tempore dato. Quemadmodum igitur dextris monitis semper paratissimum locum facere solitus est, sic etiam huius optati mei non oblitus erat. En ergo narrationem eius integrum:

ERNESTI AVGUSTI ROCKENFVSSII

VITA



Quemadmodum historiae, quoquo modo sint scriptae delectant, ut ait Plinius, ita et ego non nefas puto, Christia-